

ecce collegio maiori de iuribus CB

LIBER PRIMVS.

**REVERENDI PATRIS DOMINI MERCVRII DE VIPERA BENEVENTANI
DVODECIM IYDICVM ROTAE AVDI
TORIS DE PVBLICIS ET CIVI
LIBVS INSTITVTIS LIBER
PRIMVS.**

46-9-24

I RERVM OMNIVM OPIFEX
& moderator deus ipse, qui est omnia / quique
mundi anima, & uniuersi mens / qui tempore
uices / ætherisque splendētia culmina, qui denique
maris uel uoli flamina / atque inferorum deplora
ta silentia nutu dispensat suo, cœlumque quod
sua est regia / illi obtemperat, noluit absque opera illos suæ lucis ra
dios splendidissimos promereri / e cœlo pater immortalis filium
misit / qui diuino munere professores ueritatis diuinæ longe quàm hu
mana pateretur natura / redderet firmiores. Siquidem cum antiqui
tas illa rudis & agrestis nimium, atque incondita multitudo / passim
in nemoribus agrisque oberrans ferarum ritu : Quorundam ingenio
perspicaci / summa ueluti supra mortales sapientia / prudentia ex
cellenti, ad mores / ille cœlestis, miseros homines / politicumque fru
gem / & cultum melioris uitæ, mortales de se benemeritos reuoca
uit, tantique non immemor muneris / maiora comoda reges ceterosque
qui reipublicæ prospexere ueluti numina coluerunt uosque omnibus
cœlo sacrauit. Hoc idem populus ille Israheliticus animo fecit gra
to / qui quicquid ab illo supremo numine consecutus esset, Moyse
uati acceptum referens / eum assertorem, ducem, legislatorem, dei
denique optimi maximi internuncium uenerabatur / atque illi obtempe
rans eum sequebatur. Cum uero lucifer matutinus ille illuxisset /
Christus deus, cuius immensæ atque infinitæ gloriæ plenitudinem
recensere nullus sufficit / qui quoad uitam in humanis uixit / inenar
rabili fortitudine / summa pietate ductus pro communi omnium salute /
in illam patriam perennem clausum iter / suis erumnis / laboribus /



10

1691



DECIMVS

gione, uirtus ipsa esse nequit / quod Ezechielis uisio ostendit, qui eorum / qui præcedebant / & sequebantur Christū eadem confessio-
ne esse asseruit. Et si præsci umbratiles uirtutes amplexi fuerint / cū
Christū ipsum / ueræ beatitudinis arcem / nō p̄ceperint / tamē uirtu-
tis imagine nō caruere. Quis enī Themistoclis diligentia, Fronto-
nis grauitatē, cōtinentiā Socratis, Fabricii fidē, innocētiā Numæ,
pudicitia Scipionis, loganimitatē Vlyxis, Catonis parcitatē, Titi
pietatē nō imitetur? quis nō cū admiratione ueneratur? Probitas
siquidē laudat / & alget. Fuere quidē illi uiri illustres / & quasi tem-
porē suos / ut sydera splenduerūt, in his iustitiæ / prudentiæ / uerita-
tisq; imagines diuino lumine illuxit. Est (inq̄) iustitia / quæ diuino
quodā fonte effluxit / diuinæ / humanarūq; rerū moderatrix / & fau-
trix / quæ principes cogat in primis, nā si sibi met ipsis indulgeant /
si ledāt / rapiant / uiolāt / fallant, quid est / q; aliis leges exhibeāt, nisi
deorū / hominūq; illusio / ac deceptio? Iniustū iustitiā præcipe mon-
strū est, sicuti ad cæcos stellas ostendere / quas nō uident. Reges ob
eā rem creatos acceperimus, ut se bene primū / inde alios regāt. Hi tū
seniores ex populo fuere / unde id est / & nūc quoq; seniores / qui cæ-
teris præsent uulgo nominent. Decet enī se metiri primū reges / &
ea præcipe / quæ sui nominis sint / debent & quidē iusti esse. Qd si se-
cus quispiā fecerit / tyrannū se / nō regem profitebit. Hinc illud poe-
ticū figmentū. Nam asserūt Mydam regē ditissimū longas auricu-
las habuisse / idq; sibi fati obrigisse, ut quicq; d tangeret / in aurū uer-
teret. Siquidē poetas illos præcos / res uelamēto quodā scripsisse, ut
iocari uiderent uersu, id grauitè ad doctrinā protulisse sapientes /
quos stulti male depræhēdētes / fatuos appellauerè poetas. Id etenī
decere nixi sunt, reges omnibus aures præbere / ut multa multis ex-
cerperāt / oportere. Vnde thesauros crescerent / ac uerti in aurū om-
nia faterentur. Qd si nullas habeant aures, & alienis uti uelint / se
pauperes / alios diuites facient reges.

¶ Finis Decem librorū / de ciuilibus / ac publicis institutis,
Romæ per Marcellū Silber. M. D. xvi. impressos.

¶ Errores.

- ¶** In tertia pagina Primi libri, quasi/pro qua.
In septima eiusdem libri, parte/pro Spartis.
In octava eiusdem libri, filii/pro filia.
In undecima eiusdem libri, docet/pro docente.
¶ In secunda pagina libri Secundi, pro quis. i. pro qua.
In eadem, perfecta esse possit/pro perfecta esse non possit.
In tertia pagina libri eiusdem, fundata/pro fundatus.
In eadem, Salonem/pro Solonem.
In septima eiusdem libri, intendite/pro incendite.
¶ In tertia pagina Quarti libri, nece/pro ciere.
In quarta eiusdem libri, erues/pro Heroes.
In eadem, iuris/pro iussis.
In septima eiusdem libri, agere/pro egere.
In eadem, fortibus/pro floribus.
In eadem, contentari/pro contemptui esse.
¶ In quarta pagina libri Quinti, in campo/pro canapo.
In eadem, cum Aegyptii regnum promississent/pro cum Caesar regnum promi-
sisset.
In sexta eiusdem libri, super/pro superum.
In septima eiusdem libri, serialibus/pro fecialibus.
¶ In ultima pagina libri Sexti, pingendos pro figendos.
¶ In tertia pagina libri Septimi, hecibus/pro custodibus.
¶ In secunda pagina libri Octavi, obeunda uices/pro obeundas uices.
In tertia eiusdem libri, idest Athenis/pro idem Athenis.

¶ Romae in aedibus Marcelli Silber impressum.
Anno M. D. XVI.

